

“ Regimini illius vel illorum se Subtrahentes, Militiam Detrahentes, Transfugas,  
 “ Desertores, Emansores, vel aliter utcumq; contra Rem, Morem, & Disciplinam  
 “ Militarem Delinquentes, Jure utantur Militari, adeo liberè & tam amplis Modo  
 “ & Formâ, prout aliquis Capitaneus Generalis Exercitus, virtute Officij sui, eo uti  
 “ possit aut consuevit.”

Power of con-  
 ferring  
 Honours:

“ PORRO, ne Viris honestè natis, & se ad præsentem Expeditionem accincturis,  
 “ ac bene de Nobis & Regnis Nostris Pace & Bello mereri Cupientibus, in tam  
 “ remotâ longèq; distatâ Regione omnis ad Honor' & Dignitat' via præclusa,  
 “ & penitus obsepta esse videatur: Propterea Nos, pro Nobis, Hæredibus &  
 “ Successorib' Nostris, præfato modò Baroni de *Baltimore*, & Hæredib' &  
 “ Assignatis suis, liberam & plenariam Potestatem Damas, Favores, Gratiâs, &  
 “ Honores, in bene meritos Cives, infra Provinciam prædictam inhabitantes, con-  
 “ ferendi; eosq; quibuscunq; Titulis & Dignitat' (modò tales non fuerint,  
 “ quæ in *Anglia* nunc sunt in Usu) pro Arbitrio suo decorandi; Villas item in  
 “ Burgos, & Burgos in Civitates, propter Inhabitantium Merita, & Locorum  
 “ Opportunitatem, cum Privileg' & Immunitatibus congruis erigendi & in-  
 “ corporandi, cæteraq; omnia & singul' in Præmiss' faciend', quæ illi vel illis  
 “ congrua & opportuna esse videbuntur, etiamsi tal' fuerint; quæ de sui  
 “ Natura Mandatum & Warrantum exigunt magis Speciale, quam in Præsentib'  
 “ sit expressum.”

And of making  
 Burroughs, &c.

“ VOLUMUS etiam, ac per Præsentem, pro Nobis, Hæredibus & Successori-  
 “ bus Nostris, præfato modò Baroni de *Baltimore*, Hæredib' & Assignatis suis  
 “ Omnibusq; Provinciæ prædict' Incolis & Inhabitantib' quibuscunq; præsen-  
 “ tibus & futuris, per hanc Chartam Nostram, Licentiam Damas & Con-  
 “ cedim', ut Merces quascunq; & Mercimon' ex dictâ Provinc' Fructib' &  
 “ Commoditatib', Terrestrib' vel Maritimis redigend', per Se, vel per Servos,  
 “ Factor', aut Assignat' suos, in quoscunq; Portus Nostr', Hæred' & Suc-  
 “ cessorum Nostrorum, *Angl'* aut *Hiberniæ*, liberè inferre & exonerare, aut  
 “ alit' de eisdem ibid' disponere; &, si Opus fuit, easdem Merces, infra  
 “ unum Annum ab Exoneratione earundem continuò numerand', rursus in Naves  
 “ easdem vel alias onerare, & in quascunq; voluerint Regiones, sive Nostras,  
 “ sive Extraneas de Amicitia Nostrâ, Hæred' & Successor' Nostrorum,  
 “ deportare valeant: Provisò semper quòd tales & talia Custum' & Imposi-  
 “ tion', Subsid' & Telonia, Nob', Hæredib' & Successorib' Nostris inde  
 “ solvere teneantur, qual' & qualia reliqui Subditi Nostr' Regni *Angliæ*, pro  
 “ tempore existen', solvere tenebuntur, ultra quas & quæ præfat' Provinc'  
 “ dictæ terræ *Terram Mariæ* nuncupat' Incolas gravari Nolumus.”

Free Trade  
 with *England*  
 and *Ireland*.

“ ET ulterius, de ampliori Gratiâ Nostrâ Speciali, & ex certâ Scient' & mero  
 “ Motu Nostris, pro Nob', Hæredib' & Successorib' Nostris, Concedim'  
 “ præfat' modò Baroni de *Baltimore*, Hæredib' & Assignat' suis, plenam &  
 “ absolut' Potestatem & Autoritatem faciendi, erigend', & constituend', infra  
 “ Provinc' de *Terra Mariæ*, ac Insul' & Insulul' prædict', tot & tal' Portus  
 “ Maritimos, Navium Stationes, Crecas, & al' loca Exonerationis & Depo-  
 “ sitionis Bonorum & Mercimon' è Navib', Cymb', ac al' Vasib' Onerationis,  
 “ in eâdem, & in tot & talib' Locis, & cum talib' Jurib', Jurisdictionib', Li-  
 “ bertat' & Privileg', ad hujusmodi Portus spectan' prout ei vel eis melius  
 “ videbitur, expedire; Quodq; Omnes & Singul' Naves, Cymbæ, & al' Vasa  
 “ quæcunq; causâ mercandizandi, ad Provinc' & ex Provincia prædict' ve-  
 “ nientes vel exeun', ad hujusmodi Portus per dictum modò Baron' de *Bal-*  
 “ *temore*, Hæred' & Assign' suos, sic erigend' & constituend', solummodo  
 “ onerentur & exonerentur; Aliquo Usu, Consuetud', aut aliqua al' Re in  
 “ Contrar' non obstan': Salva semper Nobis, Hæred' & Successor'  
 “ Nostris,

Power of Sea-  
 ports.